Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Iste datan et abiron. paucis mediantib; de ruben descendentes ratione primogeniture per moyse ducatum ipsi uolentes habere per seditionem quam mouerunt suggestione chore absorti fuerunt.

Dathan. Abiron. Aaron. Moyses Maria. Chore. Esrom.

Nadap. Abiu Eliazar Ythamar

Isti duo filii aaron perierunt igne diuino in deserto.

De eliazar fuerunt sacerdotes qui ponuntur in hac linea descendentes usque ad tempora xpi secundum ordinem iudicum regum et prophetarum.

Phinees.

Abisue.

Iste chore litigauit contra aaron de sacerdotio eo quod ipse fuerat de primogenitis. s. ysuar et io cum cc.l. igne diuino periit. dathan quoque et abiron tunc sunt absorti.

Post mortem iosue ante othoniel tradunt quidam fuisse factum quod legitur. de idolo miche et de uxore leuite.

Iste Otoniel percussit cariatsepher unde habuit uxorem axam. que petiit irriguum superius cum irriguo inferiori.

Iste aioth ambidexter fuit. et perfosso eglon rege pingui israel liberauit.

Iste sengar occidit. dc. uiros uomere uno.

Ista delbora uxor barach uel lapidoth occiso sisara per iahel uxorem aber cynei dato poculo lactis. tandem labin interfecit cuius princeps fuit sysara. et canticum cecinit.

Iste gedeon salutatus ab angelo cum super petram carnes obtulit ara baal destructa dictus ieroboal. suscepto signo in uellere cum ccc. aquam more canum lambentib; lateris fractis et tubis clangentib; iiii. reges oreb et zeb et zebee et salmana strauit.

Iosue. Othoniel. Aioth. Sengar. Delbora. Gedeon.

Iste iosue moysi succedens in ducatum loquente sibi domino duob; exploratorib; missis in iericho de sethim post vii. dies iordanem siccis pedib; cum omni populo transiuit. xii. de alueo in siccum tulit. aliis xii. de sicco in alueum reportatis populum in galgala secunda circumcisione innouauit ciuitatem iericho. vii. dieb; clangentib; sacerdotib; buccinis in vii. septies destruxit. achor qui de anatemate regulam auream et clamidem coccineam tulerat. propter quod dominus irat in ahy. xxxvi. uiros occiderat. lapidauit ciuitatem ahi per insidias incendit gabaonitas in seruos lignarios et aquarios recepit. v. reges qui obsederant gabaon producto spatio diei sole et luna stantib; peremit. xxiiii. reges qui erant cum iabin interfecit. altari constructo in ebal benedictiones et maledictiones acclamari fecit. terram aliis sorte. aliis concessione distribuit. duas trib; et dimidiam que reditu suo per xiiii. annos altare iuxta tumulos iordanis construxerant liberans dimisit. fedus a populo de colendo deo pa(que?) effusionem initum in hoc uolumine scripsit.

Aram. Aminadap. Naason. Salmon.

Iste naason egressus de egypto princeps in tribu iuda et ita uerum est quod dixit dominus ad abraham in genesi. quod quinta generatione exirent filii israel. de egypto facta computatione secundum tribum regiam ut generationes non per sonas sed successiones quod potest uidere computando a iuda ad naason. nam quinquies dicitur ibi genuit. Siue in littera illa contineatur quarta generatione in tribu sacerdotali sumendus est ordo. computantib; a levi ad eleazar.

Iste salmon in uxorem duxit raab meretricem que recepit exploratores in iericho et abscondit in stipula lini supra murum. et liberauit domum suam. per filum coccineum positum in fenestra cum destrueretur iericho.